Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Quid enim lapides nisi cordа gentilium fuer ad intellectū dī omnipotentis insensibilia · sicut & illis quib: dam ex iudaeis dicit ·, Auferam cor lapideum de carne eorū nec in merito lapidum nomine gentes significatae sunt quae lapides coluerunt · Unde scriptum ē ·, Similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis ·, De quib: nimirum lapidib: filii abrahe suscitata sunt qui adhuc dum cor de gentilium in abrahe semen id ē in xpō crediderunt eius filii facti sunt · cuius seminis sumus unitu ·, Unde & eisdem gentib: pegregium p̄dicatorem dicit ·, Si autē uos xpi: ergo abrahe semen estis, si lgtur nos p fidem xpi abrahe iam semen existimus · iudaei propt̄ perfidiam abrahe filii ē desierunt ··,

Jam enim securis ad radicem arboris posita est ·

Arbor huius mundi est uniuersum genus humanum ·, Securis uero ē redemptor nr̄ qui uelud ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate sed incidit ex diuinitate, quae uidelicet securis iam ad radicem arboris posita ē · quia & sippatientiā expectat uidetur tamen quid factum ē ·,

Omnis ergo arbor non faciens fructū excidetur & in ignem mittetur

Quia unusquisq: peruersus paenā aeternus gehennae cremationem inuenit · quibicbonis operibus fructum facere contempnit ··, Et notandum qd̄ securem non iuxta nr̄os posita ē · sed ad radicem dicit ·, Cum enim malorum filii tollantur · quid aliud quā terrenis infructuosa arboris abscidunt ··, Cum uero tota simul pgenies cum parente tollitur · infructuosa arbor ante dicebatur abscisa ē · ne iam remaneat · unde pristinarum soboles succrescant; In quib: iohannes baptistae uerbis constat · qd̄ audientium corda turbata sunt; Cum protinus subinfertur ··,

Et interrogabant eum turbe dicentes quid ergo faciemus ·

Percussi enim terrore fuerant quae consilium quaerebant · Respondens autē dicebat illis qui habere duas tunicas docet habenti & qui habet escas similiter faciat ·

Per hoc quod tunica plus ē necessaria quā pallium · ad fructum dignū paenitentiae pertinet · ut non solum exteriorem quaeq: & minus necessaria · sed ipsa ualde nobis necessaria diuidere cum proximis debeamus · scilicet uel escam quacunalitē uiuimus · uel tunicam qua uestimur · quia enim in lege scriptum ē ·, Diliges proximum tuum tanquā teipsum ·, minus proximū amare conuincitur · qui non cum eo in necessitate illius & iam ea quae sibi sunt necessaria partitur ··,

Jdcirco ergo dedi uidendis cum proximo duab: tunicis datur p̄cepta quia unadedici non potuit · qnī si una diuidatur nemo uestitur ·· In dimidia quippe tunica & nudus remanet qui accepit & nudus qui dedit ·· Inter haec aut̄ sciendum ē · quantum misericordiae opera ualeant · cum ad fructus dignos paenitentiae ipsa p̄ceteris p̄cipiuntur, hinc & iam ps̄em & ipsam ueritas dicit ·, Date elimosinam & ecce omnia munda sunt uobis ··,

Uenerunt autē & publicani ut baptizarentur & dixerunt ad illum magister quid faciemus ad ille dixit ad eos · nihil amplius quā constitutum ē · uob̄ fiat ·

Quanta beati baptistae sermonis uirtutem habuerit · quantum q: mentes concusserit audientium ·